


Sezer:
princeps
legislator.

1669.





724
PRINCEPS
LEGISLATOR,

Paratitlari Examinacione ex Tit.

PANDECTARVM & CODICIS
DELINEATVS

à

JOHANNNE SEGERO,
JURIUM CULTORE, RIG.
LIVONO.



G I E S S Æ,

Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,

Universitatis Typogr.

M. DC. LXIX.



REGISTER

BRUNNEN

JOHANN SEGER

1733

M. D. C. C. L. I. I. I.

1733





DE
PRINCIPE LEGISLATORE,
CAP. I.

*Etymologiam, homonymiam, synonymiam,
definitionem & divisionem exhibens.*



Principem Legislatorem prout is à *Etymologia*
Consultis in *tit. Pandect. & Codic. de Constitutionibus Principum* descri-
bitur, paratitulari delineatione consi-
deraturi, verbum constituere opina-
mur, é præpositione inseparabili,
con, & verb. statuo efformari, ut in-
dicetur non simpliciter aliquid statui & dici, sed cum
emphasis, quod instar legis observetur, semperque valo-
rem obtineat, parili modo ac in depositi voce emphati-
cum quid occurrit, quandoquidem DE præpositio indu-
it significatum non *privativum & diminutivum*, sed *ex-
tensivum*, h. e. auget depositum, ut ostendatur totum il-
lud fidei commissarii esse commissum, quod ad rei perti-
net custodiam *l. i. Princip. ff. depos.*

Hoc ipsum vocabulum constituere vulgari & pro-
pria potest venire usurpatione, ita ut priori respectu de
A privatis

*Homony-
mia.*

privatis quoque quicquam constituentibus queat enunciari personis, puta, cum constituunt nuptias, vel etiam sponsalia *in l. 1 & 13. de his qui notant. infam.* vel aliud aliquid pecuniam sc. debitam, *tot. tit. ff. de pecun. constitut. servitutem, §. 2. Instit. de Vusufructu. &c.*

Propriè accipitur, vel *generaliter* vel *specialiter*; *Generaliter* pro quovis jure vel *scripto*, *l. 3. 4. 8. 11. 15. ff. de ll. vel non scripto*, seu moribus recepto, *l. 32. §. 1. eod.* *Specialiter*, pro Jure facto à Principe, quam significationem amplectitur præsens nostra tractatio, *vid. tamen. l. 1. §. 1. ff. h. t.* unde diversorum principalium constitutionum in jure nostro fit mentio, ita donator in solidum actione judicati condemnatus, nisi in quantum facere potest, non tenetur, & quidem beneficio constitutionis Divi Pii, *in l. 41. in fin. de re Iud. & l. 33. ff. de donat.* Similiter de Divi Severi constitutione, quoad legē Falcidicā in mortis causa donationibus est *in l. 2. C. de donat. caus. mort.*

Pariter dicebatur constitutum, quod à Claudio Imperatore statutum erat, ut ostendi potest ex Sveton. *lib. 3. antiquitat.* Eundem in modum de institutionum confectioe loquitur Imperator noster Justinianus, *in §. 6. proæm. instit.* sese eas ex omnibus antiquorum institutionibus & præcipuè commentariis Caji, tam institutionum quàm rerum quotidianarum aliisque multis commentariis compositas, cum tres viri prudentes ipsi has obtulerint, & legisse & recognovisse, & plenissimum *Constitutionum* robur eis accommodasse.

Principis quoque vocabulum tam *generalis* quàm *specialis* est acceptionis, atque *generaliter* quibuscunque personis Illustribus, sive sint Duces, sive Marchiones,
Land-

Land-Gravii, aut Comites vel Barones, applicatur ; In *specialiori* v. significatu competit illis, qui specialiter de Principatu investiuntur, cuius generis est Princeps Zollerensis, Anhaltinus, &c. Specialissimè verò de solo Imperatore effertur, & *κατ' ἐξοχήν* huic assignatur, hinc absque additamento in *l. 1. de Constit. Princip.* edicitur: *Quod Principi placuit*; item; *quæ Princeps alicui ob meritum indulgit.* Hodie à Juris Publici Scriptoribus Imperator summus Princeps appellatur, *vid. Schütz. C. I. P. vol. 1. disp. 2. thes. 3. lit. B.*

Hæ ipsæ Principum Constitutiones vocantur & *Synonyma* constituta, in *l. 1. C. de metat. add. l. 5. C. de Pagan.* itemque *statuta*, Oracula Principis, scita Principalis Majestatis, sacratissimæ Jussiones & sanctiones imperiales, *vid. apud. Coll. Argent. h. t. Thes. 1. Beneficia Imperatoris. l. 3. ff. h. t.*

Pro examinanda natura Constitutionum harum, *Definitio* cum *Pacio in ff. ad h. t.* definimus constitutiones jura à Principe condita, *arg. l. 2. §. 11. ff. d. O. I. conf. Joh. Calvin. Paratitl. Digest. Jur. h. in fin.* Melioris declarationis gratiâ addit, *C. I. A. à Principe Romano, Thes. 1. h. t.* Populus quandoquidem Romanus cum Principem constituit, potestatemque legislativam huic ultrò ex asse concessit, *l. 1. ff. h. t. Dan. Otto de jure publ. c. 4. p. 68.* & quidem primò ipsi Augusto, posteaquam is ipse multis modis imperium demereretur, atque omnes benevolentiae aurâ demulceret, *Becker. d. Jur. publ. lib. 1. c. 1. n. 5.*

In universum constitutiones sunt vel *generales*, vel *Divisione* *speciales*, *§. 6. l. d. I. N. G. & C.* Illas describimus, quibus omnes homines principatui subjecti obligantur, *d. §. 6. & l. 3. C. de ll.* suntque vel *definitæ* vel *indefinitæ*, Princi-

pes namq; in cudendis Constitutionibus, non uno semper modo utuntur, sed voluntatem suam diversimodè declarant, quippe vel desiderio certæ cujusdam personæ, vel alterius circumstantiæ cum determinatione, vel proprio motu aliquid constituere & edicere solent; Prius præstant, causam partium controversam cognoscendo, eâque cognitâ, quid juris obtinere debeat ritè decernendo & pronunciando, unde illud legis primæ h. t. *Quodcunq; igitur Imperator cognoscens decrevit; Quale decretum Divi Marci humilimè à quopiam rogati extat in l. 13. ff. quod met. caus. hoc. Optimum est ut si quas putas habere petitiones, actionibus experiaris.* Instar decretorum sunt hodiè in nostro imperio Romano - Germanico mandata Imperatoris vel Camerae Imperialis, de quibus latè Frid. Mindan. *lib. 2. de process. extrah. c. 1. & seq.* tractat, quæ communiter sunt generis duplicis, cum & sine clausula justificatoria, ohne und mit justificatori Clausel/ *Ordin. Cam. part. 2. tit. 23.* in quibus autem casibus utraque decernantur, ex aliis collegit *Ioh. à Belis in process. Camer. tab. 3. p. 6.* Voluntatem quoque explicant Principes rescribendo ad relationem, vel etiam consultationem aliorum, *l. ult. C. de Rescript.* ubi tamen notanda differentia; nam Principes consuluntur eisque aliquid refertur vel à privato, tum si rescripserint vel subscripserint libello supplici, quod ipsis æquum & justum visum fuerit, rescriptum hoc subscriptio, annotatio aut sub-notatio vocatur, *in l. 1. C. de precib. Imperat. offer.* ubi subnotationi imponitur nomen decreti in laxâ significatione, & *in l. 1. §. 1. ff. h. t.* alio nomine epistola dicitur, conf. *§. 6. I. de Iur. nat. Gent. & civil.* Exemplum ejusmodi Epistolæ exhibit

bet

bet l. 7. ff. de in integr. restit. & l. 3. §. 1. ff. de testib. item l. 31. de re judicat. Vel Principes consilium ferre implo- rantur à persona Publica, puta Magistratu ab eis constitu- to de negotio publico alicujus universitatis, uti videtur ex l. 7. §. 1. C. de divers. rescript. hōc ipsō, rescriptum no- mine pragmaticæ sanctionis venit, prout ex modò alleg. text. constat, Vid. Georg. Frantzki in Comment. Pandect. h. t. n. 20. & seqq.

Indefinitè verò & sine determinatione Principes constitutiones sanciant, quando proprio motu incon- sulti citra personæ aut alterius circumstantiæ determina- tionem aliquid constituunt aut edicunt, per clara verba l. 3. C. de ll. quod ipsum vigore hujus textus præstant di- vulgatione programmatum, quæ in locis celebrioribus, veluti foro, templis vel valvis affigi curant, aut è sugge- stu prælegi mandant, cujusmodi edictum Divi Augusti de quæstionibus erat hoc: *Quæstiones neque semper in o- mni causa & persona desiderari debere arbitror, & cum ca- pitalia & atrociora maleficia non aliter investigari aut ex- plorari possunt, quàm per servorum quæstiones: efficacissimas esse ad requirendam veritatem existimo, & habendas esse censeo.* l. 8. ff. de quæstion.

Collegiū juris Argentoratense nullā facit mentio- nem subdivisionis hujus, generalium sc. constitutionum in definitas & indefinitas. h. t. thes. 3. Sed sex specierum, quas generales admittant meminit in Thes. 11. Frantzki. us supr. cit. loc. n. 20. dupliciter posse dividi Constitutiones Principum, & quidem uno modo à forma, aliter verò ab effectu, existimat. Bacchov. in Commentar. ad d. §. 5. Instit. n. 3. generales constitutiones non nominat, sed arbitra-

tur duo esse in univēsum constitutionum genera, nempe quasdam esse indefinitas, quasdam definitas nominandas; Nos divisionem Constitutionum à Juris conditore *in d. §. 6. I.* conditam retinemus, atque generales, ut modo factitatum, in definitas & indefinitas rectè dispescimus, de definitarum tamen effectu, h. e. utrum valorē legis sortiantur, infra circa materiā de effectu sumus dicturi; interim constitutiones generales indefinitas easque provinciales vel municipales, præter Imperatorē, status nostro tēpore conficiunt Imperii, uti in Saxonia invaluit jus provinciale, *Das Land-Recht* / & municipale *Magdeburgensium, Reich-Bild.* In Hassia quoque nostra non destituimur ejusmodi constitutionibus plurimis, quò referimus Serenissimi Principis nostri saluberrimas constitutiones nuperrimè è sacris rostris nobis promulgatas, de cultu sc. Dei die sabbatho ab omnibus religiosè instituendo.

Succedunt *constitutiones speciales*, quæ sunt jus, quod ob specialem rationem & causam concessum & autoritate constituentis introductum est, *arg. l. 16. ff. d. ll.* quod formatur aut personis, atque in negotiis vel *gratiosis* vel *odiosis*; *illis*, quando Princeps alicui aliquid ob meritum indulgit: *His*, puta, delictis, poenas sc. vel *irrogando* vel *mitigando. l. 1. §. 1. h. t. §. 6. 1. de I. N. G. & C.* vel itatuitur hocce Jus de rebus *l. 196. & 68. §. 1. & l. 42. de admin. tut.* Unde aliæ constitutiones speciales possunt dici *personales*, *reales* aliæ. An autem rectè enuncientur jus hæ ipsæ constitutiones speciales? in quaestione vocatur: Resp. autem absolutè jus dici posse, utpote cum generaliter constituentur, *l. 8. ff. d. ll.* Quamvis Jus proferant *privum & speciale*, ob quam rem
privi.

privilegia appellitantur, *Treutler. select. disp. vol. 1. disp. 1. Thes. 6. lit. e.* ac leges facientes pro his duntaxat negotiis & personis, pro quibus fuerunt promulgatae, quae nihilominus tam favorabiles sunt, ut à nullo retractari neque etiam astute exponi aut impugnari, sub notâ infamiæ, possint & debeant, *l. 2. C. de ll. qui que eas violet, incurrat læsæ Majestatis crimen, Geil. 1. observ. 1. n. 7.* Hactenus itaque non minùs ac generales constitutiones, omnes ad sui obstringunt observantiam, imò expressè in *d. l. 2.* his constitutionibus legis appellatio attribuitur; nec inficias iri potest, licet personales constitutiones personam haud egrediantur, *d. §. 6. l. N. G. & C. & l. 1. §. 1. h.* Reales nihilominus, quoad complexum multarum personarum, imitantur naturam juris generalis, hinc ad hæredes & omnem, ad quem res seu causa cui inhærent, pervenit, transeunt, *d. l. 68. & 196. d. R. I.* Eundem in modum, prout privilegia Ecclesiis concessa generalia & in perpetuum duratura venditantur. *l. 12. C. d. SS. Eccles.* quæ Ecclesiæ repræsentant personam non propriam, sed fictam, quæ perpetua est per continuam quandam successionem, *l. 76. ff. de re Judicat.* quo spectat illud quod habetur in *l. 4. §. 3. d. censib. quanquam beneficia personis data immunitatis, cum persona extinguantur, tamen cum generaliter locis, aut cum civitatibus, immunitas sic data videtur, ut ad posteros pertineat.* Quod autem attinet privilegia concessa personæ propriæ sic dictæ, ea ipsa persona duplici respectu considerari poterit, vel prout in se una est, quando videlicet uni homini privilegium est concessum, quod illum non egreditur & in alios per se non transit, *§. 6. l. d. l. N. G. & C. & l. 1. ff. h. t. Menoch. consil.*

136. n. 2.

136. n. 2. nisi fortè ex accidenti, ut evenit in casu *l. ult. C. de fructib. & lit. expens.* in quo privilegium concessum super litis expensis in totum vel pro parte agnoscendis, seu ut nō liceat illi tantas sportulas in iudicio dare, quantas alius; hoc inquam privilegium ob naturam correlatorum transit quoque in eum, qui ab hoc fuit conventus, idque ob æqualitatem in iudiciis servandam, de qua est tit: *ff. ar. quod quisq. jur. in alter. stat.* Vel illud ipsum quod personale est, in hac constitutione respicit aliquod certum personarum genus, dum privilegia certis personis conceduntur & non uni tantum, uti privilegium mulieri ratione dotis concessum in *πρωτοπρεξία*, quō præfertur omnibus anterioribus creditoribus, expressam etiam hypothecam habentibus, quod confertur & ipsius hæredibus *in l. 12. §. 1. C. qui pot. in pignor.* Eiusdem farinae sunt privilegia concessa minoribus, pauperibus, Doctoribus. &c. Ita autē qualifitata videmus hæc beneficia, & præ aliis hoc singulare importare, ut præter personam, cui gratia fit, causam involvant, quæ moveat ad concessionem; e. g. Doctoratus privilegium relatum ad ordinem Doctorum, in respectu singularis eruditionis, quâ qui se ali patiantur, singulari Doctoris ornentur titulo. Eundem in modum Fridericus Romanorum Imperator liberalium artium & eminentioris doctrinæ Studiosis ac Professoribus, studiorum causâ peregrinantibus, privilegium concessit; ne ab illiteratis vel hominibus vilissimis, expetulantia vel odio scientiæ divexentur, & sit tale quid à quopiam ferant, temerator hic infamiæ subjiciatur, atque in perpetuum dignitate suâ careat, & id intuitu scientiæ, quâ totus illuminatur

minatur mund^o, ac ob alias causas recensitas in *Authent. habita. C. ne fil. pro patr. conf. & Helfric. Vtric. Hunn. in Comm. de privilegiis Studiosor. in d. Auth.* Tene, non confundenda hic jura singularia cum privilegiis, illa siquidem ad universos pertinent cives, ac propter aliquam utilitatem & rationem æquitatis specialiore introducta sunt, l. 16. ff. d. ll.

Indicatum jam Principem constitutionibus his personalibus esse vel *gratosum* vel *rigorosum*; Gratosus existit in *premiis & pœnis*: *premiis* cum alicui immunitatem à tributis & vectigalibus concedit, quæ honesta benefaciendi ratio collaudatur in Republica, nec enim Domus neq; Respublica stare dicitur, si in ea nec rectè factis præmia extent ulla, *Mascard. de probat. conclus. 593. in addit.* Et quis virtutem amplectetur ipsa præmia si tollas? Ita Nero initio imperii vectigal quintæ & vicesimæ partis mancipiorum venalium remisit, eamque emptoribus accrescere permisit, *Tacit. lib. 18. Pœnis*, eas remittendo, ob meritum aliquod vel ob planè nullum, quandoquidem *in sæpè allegat. §. 6. I. d. I. N. G. & C.* dispositum, constitutiones personales esse, si alicui aliquid ob meritum princeps indulserit, vel si cui sine exemplo subvenerit. Posse autem principem vi supremæ potestatis jure aggratiandi suo uti & remittere poenas, nullum est dubium, quare per *Recess. Imper. de ann. 1526. §. 8. statutum.* Daß eine jede Obrigkeit gegen die so ausgetreten/ nach Gelegenheit eines jeden Verhandlung / sich dermassen bezeigen solle/ damit die Unterthanen mehr Gnad und Gütigkeit / dan die Schärffe und Ungnad / spühren und finden mögen. *Confer Bidenbach. Quæst. Nobil. 7. vers. von Abforderung oder Nachlassung der Straffen.*

B

Grave

bus. Gravè tamē esset Principi consilium suppeditare, ut in totum poenas remittat, ceu ap. Persas Darius Sandomem ob scelera gravissima, quapropter poenam commertus fuisset capitalem, non condemnavit, sed ob antecedentia merita à poena omnimodè eum ipsum libera- vit, sic referente Herodoto *lib. 7.* Tutius itaque illi sua- detur, jus suum aggratiandi ita exercere, ut genus poenæ ordinarium in aliud commutet, nempe extraordinari- um, quod & efficit severâ interlocutione, *vermittelst ei- nes starcken Silß // l. 3. §. 1. de offic. prefect. vigil.* Non autem in totum poenam remittat, ne coeteroquin sua gratia a- lios ad delinquendum invitet, *Bachov. in Comment. In- stit. ad §. 6. I. d. jur. nat. Gent. & civil. n. 9.* nam delicta pu- niri publicè interest, expeditque Reipublicæ ea non ma- nere impunita, *l. 15. §. 2. ff. ad leg. Aquil.* ut poenâ horum a- lii meliores reddantur & à criminandi libidine deterre- antur. *l. 6. §. 1. ff. de pæn.* nec pinguior victima maçtari po- test Deo, quàm sceleratus homo, prout ex Seneca refert *Schneidevvin. in Comm. ad Inst. de oblig. q. ex delict. nasc. ad pr. n. 3.* ubi hoc eousque, quod notandum, extendit, ut ne iudex quidem debeat concedere puellæ petere cri- minosum maritum.

Non prætermittendum hîc, gaudere principem potestate remittendi delicta capitalia, quæ lege morali & divinâ non sunt taxata, ideoque quin homicida pleçta- tur capite, impedire nequit, *Reincking. d. R. S. & Eccles. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 30.* Rigorosus princeps est, exacerban- do poenas, per *verb. d. §. si quam pœnam irrogavit.* Regu- lariter quidem Princeps clementiâ & benevolentia omnes complecti tenetur, *l. 11. & 13. ff. de pæn. vid. Gravett. Consil.*

Consil. 46. n. 15. Cum satius sit in mitiores inclinare partes, *l. 5. pr. ff. de pœn.* Nihilominus cum in hoc fallacissimi & invidiosissimi mundi scena, poenæ statutæ parum aut nihil planè operentur, poenas optimo exaggerare potis est Princeps jure, quandoquidem delictis crescentibus poenæ quoque exasperari debent, *l. 28. §. 5. de pœn.* & *l. 16. §. ult. eod.* *Barbos. thes. loc. commun. lib. 14. c. 41. ax. 22.* & *lib. 4. c. 12. ax. 3.* E. G. furtum legibus Justinianeis non coercebatur poena capitali, docente *Nov. 134. c. fin. in verb. pro furto autem nolumus omnino quodlibet membrum abscindi aut mori, add. Auth. sed novo. C. de serv. fugitiv.* *Carpzov. in prax. Criminal. part. 2. quest. 85. n. 6.* sed extraordinaria animadversio & coërcitio contra fures parata erat, quæ in arbitrio extra ordinem cognoscentis collocatur, *l. 13. ff. de pœn.* quò, pro admissi qualitate poenâ vel pecuniariâ fisco applicandâ, vel corporali aliquâ, fustigatione sc. aut damnatione in opus publicum vel metallum, afficiebantur, *l. ult. ff. de privat. delict. conf. Magnif. Dn. Tabor. in Racemat. criminal. de fin. ad l. ult. ff. de furt.* Legibus verò Carolinis & Fridericianis poena capitalis, cum id ipsum delictum frequenteretur, est constituta, in casu quando 5. solidorum vel ultra sit furtum, *vid. 2. F. 27. §. 9.* & *Peinliche Hals- Gerichts- Ordnung Carol. 5. tit. 159. & seq.* ubi non respicitur ad proportionem poenæ cum delicto, sed ad hypothesein, frequentationem sc. delicti, quapropter exasperatio hæc invaluit: ex qua simili hypothese alii defendere conantur, *Das Faust- und Kolben Recht;* Post legem hanc latam, qui non paret ei, legislatorem præterea contempsisse dicitur; Contemptores autè Principis capite plectendos, confirmatur

1. Reg. 14. c. 2. ext. de Major. & obed. & arg. l. un. C. de Vet. numismat. potestat. Exacerbatio hæc non tantum locum occupat, cum delicta excreverint, verum etiam si cum aliæ se circumstantiæ ostendant, loci puta, vel personæ, *Vid. Dn. Philipp. V su practic. instit. lib. 1. Eclog. 17. in fin.*

De privilegiis adhuc notamus, ea sc. modicè à Principe distribuenda esse; quod si enim cuivis hæc elargiantur, spernuntur tandem, *vid. Dn. Sprenger. Tacit. axiomat. p. 20.* Inquis; privilegia principem concedere non posse, Ratio; quia Princeps à populo potestatem consecutus fuerit legislatariam, populum autem nunquam ulla statuisset privilegia; sed cavisse *ll. 12. tab.* inter quas hæc: *privilegia ne irroganto*, leges in definitè scribendas, atque cum omnibus una eademque voce esse loquendum; Hinc nec in statu Monarchico Principem bene uti hac potestate, cum privatio semper habitum præsupponere feratur, nemoque dicatur plus juris in alium transferre ac ipse habeat. R. præter sententiam Cujacii, interpretantis *ll. 12. tab. de privilegiis*, quæ singulas concernunt personas; non verò quæ certo generi personarum conceduntur, *lib. 15. observ. c. 8. distinctione juris in ordinarium & extraordinarium* negotium hoc dirimi posse; Privilegia ne irroganto; erat juris ordinarii, inde tamen malè concluditur, Populum Romanum ex causa speciali & supremæ potestatis jure, privilegia cedere satis potentem non fuisse, & reapse tulisse privilegia atque cives virtute præstantes poenâ exemisse ordinaria, testatur Cicero *d. ll. in extrem. Bacchov. in not. ad Vvesenb. π. de Const. Princip. n. 2. lit. c. & in not. ad Treutl. 1. D. 1. Thes. 6. lit. b. de interpretatione privilegiorum authentica*
& au-

& *authoritativa conf. l. 43. ff. de Vulgar. & pupillar. substit.*
 & *l. ult. C. de ll.* Nostrum autem est doctrinaliter plenissimè privilegia interpretari. *l. 3. ff. h. t.* de qua tamen ut & *authenticâ & authoritativa consulat. Felwinger in tractat. de ll. n. 143. p. 326.*

CAPUT II.

DE

Causa Efficiente.

CAUSA impulsiva constitutionum necessitas est, quæ admodum & cæteroquin omnium indifferenter legum, quæ anima & spiritus civitatis prædicantur, à *Knipschild. de iur. & privi. civitat. Imperial. l. 2. c. 10. n. 19.* Hoc per se veritate nititur, vitam ac mores hominum, ante Imperatores & Principes, in statu populari legibus quoq; fuisse temperatos, illæ tamen liberæ populari Republicæ tantum sunt accommodatæ, cum verò ingenia hominum ad statum se flecterent monarchicum, ut necesse esset Republicæ per unum consuli, *l. 2. §. 11. d. O. I.* ad hunc quoque statum leges erant necessariæ; Deinde quamvis legibus istis articuli nonnulli satis decisi essent, nihilominus quia omnes sigillatim legibus comprehendi nequeunt. *l. 12. ff. de ll.* & natura semper deproperat novas edere formas, *l. 2. §. 18. C. d. V. I. E.* de his similiter erant leges concipiendæ.

Causa efficiens remota harum constitutionum est occasio, quæ illas exigit, ad quam Princeps invitatur motu aut proprio aut alieno, precibus sc. seu supplicationibus.

bus *l. 3. C. de ll. de qua re circa division. dictum, conf. ta-*
men Coll. I. A. h. t. thes. 8.

Proxima causa est Principis consensus & placitum,
 quare in *S. 6. I. d. I. N. G. & C. Quod Principi placuit;* Et
 quidem animæ legis ferendæ & condendæ gratiâ, *l. 1. S.*
7. h. t. Locam. ad d. S. 6. I. lit. t. Posset namque aliâs ob-
 tingere; ut Principem oblectent scelera & flagitia, quod
 placitum non legale appellaretur aut ut constitutū ac-
 ceptaretur. Referrî huc potest quod legitur apud Ari-
 stotelem. *lib. 5. pol.* Tyranni objectum esse quod placet.

Eam ipsam potestatem legislatoriam Princeps, in
 specie Augustus non armis & præsidio militum obtinu-
 it, atque populi libertatem armis oppressit, sed populus
 ei & in eum, mediante lege Regiâ, quâ aliâs jus regnandi
 tribuitur & lex imperii dicitur in *l. 3. C. de testam.* hanc
 potestatem contulit, & à se penitus amovit, *per d.*
S. 6. I. d. I. N. G. & C. & l. 1. ff. h. t. l. 1. S. 7. C. d.
I. V. E. ipsa hæc lex Regia Gallis est Salica, *Hotom. de*
antiq. Iur. regn. Gall. c. 23. à Salgasto ita dicta, à quo Franci
 Salici salutantur, *vid. Lupold. de Babenberg. de Iur. reg. &*
Imp. Rom. c. 1. Papen. lib. 4. lit. 1. arr. 2. & lib. 5. tit. 10. arr. 1.

Non otiosè hic quæstiones illas ventilandas susci-
 pimus: *Vtrum sc. Augustus lege Regiâ & non armis rece-*
perit potestatem legum ferendarum? Item, *an populus nihil*
potestatis sibi reservaverit, ita ut concurrat cum principe in
legislationis actu? Prius quod attinet, quidam omnino
 negant unquam latam legem Regiam, sed eam purum
 commentum esse arbitrantur, fingentes, Augustum non
 consensu populi, sed armis libertatem oppugnasse Ro-
 manam, eamque pedibus quasi conculcasse, quid ergò o-
 pus

pus lege Regiâ? quærunt : sed insignem committunt elenchum Principii, annon enim cum suscepisset fasces imperii hic Augustus meditavit rursus de regni depositione, quod esset, redditurus Rempublicam populo & Senatui? *Tacit. lib. 1. Annal.* Nonne in singula decennia imperium sibi à senatu prorogari fecit? *Dio lib. 53.* Et cur consultationem & colloquium de deponendo imperio instituit cum Mecœnate & Agrippa? Cur prolixam in senatu habuit Orationem erga populum, quâ professus, imperium se senatui & populo esse restitutum? referente *Dione lib. 53.* de quibus omnibus frustra sollicitus certè fuisset, si vi occupasset imperium, illudq; multum affectasset. Rectius itaque hoc de eo laudabiliter scribitur, nempe postquam Cæsar trucidatus, Triumviratusque in Rempublicam fuisset introductus, atque ad M. Antonium, C. Octavium & in Lepidum summa rerum pervenisset; Tunc hunc Octavium, nunc Augustum, Julio Cæsari & nominis & bonorum hæredem, exutis atque interfectis collegis suis, Lepido sc. & Antonio, Triumviri nomen deposuisse, atque ad tuendam plebem, ut consulem Tribunitio jure contentum fuisse; militem donis, populum annonâ, cunctos verò otii dulcedine pellexisse, & postea nullo adversante munia senatus magistratum ac legum in se trahere coepisse, nobiles servitio promptiores extulisse, sicque universos tuta ac præsentia magis, quam vetera & periculosa præoptasse, elegisse & accepto sic rerum statu ipsi Octavio imperium ultrò detulisse, *Perez. in C. C. h. t. n. 3. Becker. syn. I. P. de initio Imper. Roman. n. 5.* Otiosa videtur hodiè illa quæstio, postquam Principes possessionem nacti, ut etiã præscri-

præscriptione , quantumvis evincatur , Legis illius nec Tacitum, nec ullum ejus temporis Historicum mentionem fecisse, satis tuti esse queant , *vid. Dn. Beier in Harmon. Struv. Schnobel. Thes. 25.* Lex cœteroque Regia appellationem nonnunquam aliam suscipit, & quidem à causa efficiente, *in l. 2. ff. de mot. infer.* quæ scilicet à Romulo, Numa vel alio Rege lata est, *Bacchov. ad Treutler. vol. 1. disp. 1. th. 6. lit. B. in fin.* Nobis autem mutatâ Reipublicæ formâ , uti istud ostendimus *in specimin. Jurisdict. Cam. disp. 1.* Lex Regia est capitulatio Cæsarea , quæ potestatem imperatoriâ limitat , de qua *Carpzov. in tract. de leg. Reg. German. c. 1. n. 1.* An populus Romanus principi potestatem legislativam; (quæ ad regalia seu ea quæ Principi in signum eminentiæ relinquuntur, pertinet, (*Treutler. sel. disp. 3. Thes. 5. lit. b. in fin.*) *abdicativè & privativè*, an verò *cumulativè & communicativè* concesserit ? Jam videndum; posterius affirmant, *Paurmeister de jurisdiction. lib. 1. c. 5. n. 26. Duaren. ad tit. de ll. c. 3. Libenthal. Colleg. Polit. Exercit. 7 q. 1.* Verior tamen prior est sententia , nempe *privativè* attribuisse potestatem legislativam populum Principi ; Omnem siquidem dicit textus *l. 1. ff. h. t.* populum in imperatorem conjecisse potestatem, *conf. Tacit. 1. Histor. pr. ibi: Omnem potestatem:* Rationi etiam repugnat penes populum & Principem simul esse illud , quod individuum sua naturâ existit, status namque tempore Augusti Monarchicus erat, qui divisibilitatem non patitur, nec jura Majestatica in Monarchia penes unô plures esse atque in pari consistere queunt, *C. I. A. h. t. th. 2. in annotat.* In stas: Negando statum *Monarchicum* sed mixtum apparuisse, constare quippe ex

pe ex l. 32. ff. d. ll. leges sc. nulla alia ex ratione nos tenere, quàm quod iudicio populi receptæ sint; idem & confirmare l. 8. C. de ll. itaque potestatem hanc legislatoriam non tantum penes principem, sed insimul etiam populum fuisse; imò optimè hoc quadrare Reipublicæ mixtæ, quâ particulæ nonnullæ majestatis legislatoriæ possint esse penes Principem, quædam verò apud populum: Enim verò quia satis constat Statum Imperii Romani sub Augusto factum monarchicum, frustra hæc profertur & nihil ad rhombum contribuunt; Nec obstaculum pariunt leges objectæ, prior siquidem, nempe l. 32. ff. d. ll. non asserit populum sibi reservasse concurrentiam cum principe in legibus ferendis; Et si verum fateri fas est, titulus *pandectar. de ll. conscriptus*, ostendit causam efficientem jurisprudentiæ sigillatim & specificè consideratam in statu Democratio s. populari, quæ causa efficiens est consensus populi jura Majestatis eo tempore sibi appropriantis, *Magnif. Dn. Tabor in fil. Ariadn. ad dict. tit.* De cætero, quamvis ea ipsa loquela oppos. leg. ita indifferenter procurreret, facilimè & adhuc nos extricare poterimus, populus namque non prædicatur gaudere potestate condendi leges, sed hæc legis est sententia; nempe ratione effectus leges nos obligare & tenere, si à populo receptæ, h. e. promulgatæ & in notitiam populi deductæ sint, quam ipsam promulgationem maximopere necessariam esse probat *Treutl. tom. 1. vol. 1. disp. 1. Thes. s. lit. b. add. proæm. Instit. §. 1.* Nec infringit negotium l. 8. C. de ll. ubi Imperator saltim indicat, quod si legem aliquam sit laturus, quod antea cum proceribus palatii & senatu sit tractaturus, non v. ait se populi con-

C

sensum

sensum specialiter velle expectare. Quod attinet illam ipsam tractionem cum proceribus & senatu, istam humanitatis & modestiæ causa instituit, connivendo sc. & indulgendo, non verò ex ullo aliquo debito aut necessitate, cum legibus dicatur solutus. *l. 31. de ll. Bachov. ad Inst. c. 1. & ad Treutl. l. 1. d. 1. Thes. 6.* Hoc non inficias imus potuisse Imperatorem Augustum populo suffragii jus reliquisse, respectu sc. provinciarum illarum, quas concesserat populo, malè verò exinde infertur aliquod Majestatis attributum. Cui non contradicit *l. 1. ff. ad leg. Jul. Majestat.* Siquidem ibidem populus pro capite sumitur populi, quod est atque repræsentat Princeps. *Bach. l. c.*

CAP. III.

DE

Objecto & Subjecto.

RES, de quibus proferuntur constitutiones, sunt varia hominum negotia & facta, *l. 7. C. de ll.* eaque vel sequenda & facienda, vel fugienda & omittenda. *l. 9. C. eod. ad priora referuntur facta licita*, ut gesta actus & contractus, ad posteriora *illicita*, h. e. *delicta*, quæ aut certa sunt, aut incerta; certa iterum vel publica sunt vel privata, de qua ipsa distinctione consul. *Magn. Dn. Tab. in part. Elem. p. 144. thes. 30.* Hoc notandum ex. *d. l. 7. C. d. ll.* nempe constitutiones non esse ad facta præterita revocandas, sed futuris accommodandas, *Bursat. Consil. 214. n. 21. cum seq. vol. 2. Cardinal. Tusch. pract. Conclus. tom. 5. lit. L. conclus. 264. n. 1.* quod regulariter intelligendum monet

Ves.

Vves. in π. d. h. n. 4. per l. 22. §. fin. C. de SS. Eccles. & l. 26. C. de Vsur. ex ratione l. 9. C. de ll. Quia præscribunt leges, quid sequendum, quidve fugiendum sit. Leges insuper non obligant nisi scientes, d. l. 9. quis autem ante legem latam scire potest, illud quod jam egit aliquando iri prohibitum, Barbos. locuplet. loc. Comm. lib. 10. c. 10. ax. 40. Geil. 2. obs. 9. n. 3. Berlich. part 2. decis. 159. n. 6. & seq.

Aliàs in d. l. un. §. 4. C. de contract. judic. statuitur, ea quæ sancita ibidem, ad præterita quoque referri negotia: Rectè itaque procedit limitatio Welenbeciana c. l. nisi nominatim quoque de præterito tempore cautum sit, quod excipit alleg. l. 7. C. de ll. idē & factum in d. §. 4. l. un. C. de contract. Judic. ubi alia præterea limitatio offertur, hæc : nisi transactionibus vel iudicationibus res sopita sit, quô & facit. l. 16. de transaction. Posse verò leges nonnunquam & ad præteritum tempus vim suam extendere, nil novi inducendo, sed jus vetus declarando & confirmando, exposuit. Perez. in CC. h. n. 8. jung. Mascard. de probat. conclus. 13. n. 41. & seq. alias præterea limitationes collectas vid. ap. Barbos. in Thesau. loc. Comm. c. l. in fin. Varia, ut notum est, de rebus facta existunt, quæ tamen omnia ad prædicta genera referri queunt, in Codice nostro Justiniano multifaria, de quibus constitutiones perlatae, digeruntur, quorū recensitioni invidet angustia pagellarum præsentium, pro uno vel altero sunt sequentia: in Causa matrimoniali constituere sacratissimi Imperatores Valent. Valens. & Gratianus viduas intra quintum & vicesimum annum degentes, ad secundas nuptias, sine patris consensu, non debere venire in l. 18. C. de nupt. Item ne vir uxori fidejussorem servandæ do-

tis exhibeat, *in tot. tit. C. ne fidejuss. dot. dentur.* parilis est
 constitutio ea, quâ dispositum, mulieres, ratione dotis
 antecedere anterioribus creditoribus, *in l. 12. C. qui pot.
 in pignor.* Similis est constitutio Divi Justiniani *in l. ult.
 C. de Emancipationibus*, posse scil. patrem filio, licet cum
 hoc unam eandemque personam repræsentet, liberis
 peculium donare vel alias res liberalitatis titulo in eos
 transferre, si emancipaverit; Quæ emancipatio ho-
 die quomodo à procedere debeat, eodem hâc cave-
 tur constitutione, quiescente sc. veteri circuitu, quo-
 ad imaginarias venditiones & circumductiones, licere
 parentibus volentibus liberos suos emancipare, modo
 vel præscripto à lege Anastasiana *in l. 5. C. d. t.* per sacrum
 sc. rescriptum, vel hoc intermisso, intrare judicis com-
 petentis tribunal & eos adire magistratus, quibus hoc fa-
 cere vel legibus, vel ex longa consuetudine permissum
 est. Secundum legem Anastasianam supplicandum
 prius, umb Zulassung ad actum emancipationis, cujus-
 modi supplicationis formulam tradit *Gylmann. par. 2.
 symphor. tit. 9. suppl. 37. p. 196.* & aliquando ita supplicasse
 fertur umb Zulassung ad actum emancipandi filios co-
 ram Judicio, Camerali, Illustrissimus Comes Ludovicus
 de Löwenstein 9. Mart. ann. 87. Hic enim cum sæpius pro
 confirmandis tutoribus quos filiis suis nominârat, sup-
 plices in Consilium libellos, præviâ tamen excusatione à
 legitima parentum curâ, exhibuisset, nec quicquam ob-
 tinuisset, sed semper repulsam tulisset, tandem re peni-
 tus deliberatâ, quod existens in patria potestate curato-
 rem vel tutorem habere non possit, cogitat de emanci-
 pandis filiis, seseque admitti ad emancipationis actum
 petit

petit, quod ipsum non-solum supra memorato anno, sed etiam curatorum confirmationem obtinuit. Huc refertur & constitutio Imperat. Alexandri, quâ creditor vendens jure Creditoris rem, quam putabat esse debitoris, emptori non tenetur de evictione, *in l. 1. C. creditorem evictionem pignoris non debere.* Ad materiam hanc objectivam faciunt & collectæ, de quibus varias Principes edunt constitutiones, jus enim collectandi eis optimo maximô jure competit, vid. *Rosenthal, de feud. conclus. 54. c. 5. Schrader, de feud. part. 10. sect. 1. n. 22. & 31.* Circa exactionem tamen collectarum, an absque consensu populi aliquid constituere valeant? negat *Parlador, lib. 1. rer. quotidian. c. 3. & VVaremund, ab Ehrnberg, in verisim. c. 7. n. 15.* Ejusdem naturæ sunt constitutiones Imperatoriae Vestiarie de vestimentis sc. conscriptæ, de quibus *in Recept. Imper. de anno 1500. tit. Von Ubersflussigkeit der Kleider / 22. per tot.* Saluberrima quoque constituta de illis extant in civitatibus imperii principalioribus, Augustana, Norica, Argentinensi, Francofurtensi &c. *Vid. Bernegger, in Miscellan. Quæstion. super. Tacit. de moribus german. discurs. 3. quæst. 2.* Cum primis autem excessus iste vestiendi ex varietate vestium oboritur, cum Germani Alamodica imitantur, Phylander de *Sittwalt* in tractat. quem vocat *A la mode Rehraus / Vision. 1 fol. 47.* de pileorum mutatione ita loquitur: *Wie viel Gattungen von Hüten habt ihr in wenig Jahren nicht getragen? Jez sein Hut wie ein Ancker-Hafen / den wie ein Zucker-Hut / den wie ein Schla-p-Hut / den ein Stilp-Elen breit / dort ein Stilpfingers breit: Dan von Geissen-Har / dan von Affen-Haar / von Narr-Haar : Dan ein Hut als*

Schwarzwälder-Räs/dan wie ein Münster-Räs; und das ist heut die neue nârrische Tracht/bald kommet ein ander in Gestalt eines Fingerhuts / hernach die nârrischer ist zc. Ubi & plurima alia de superstitioso vestiũ cultu invenire licet. Constitutionibus quoque Germanorum taxatur ebrietas & potationes, in specie à Carolo V. Imperat. constitutio sancita vom Zutrincken in *Reformat. pol. August. de anno 1530.* Cujus verba in gratiam cultorum verecundi Bachi tristem reputantium sobrietatem, hic adponi merentur: Nach dem die Unwesentlichheit des Zutrinckens allenthalben je länger je mehr eingewurckelt / sich gemehret und überhand genommen / daraus Gotteslästerung / Mord / Todtschlag und dergleichen Ubelthaten gesolget / und noch zu dem durch die Trunckenheit die Heimlichkeiten / so billich verschwiegen / offenbahret werden / auch solch Laster den Teutschen / deren Mannheit von Alters hochberühmt bey allen frembden nationen verächtlich / (ut exponit distichon.

Perdidit haud temerè priscas Germania laudes.

Cui nihil est aliud vivere, quàm bibere.)

zugeschweigen / daß das Zutrincken ein endlich Ursach ist alles Übels / und dem Menschen an seiner Seelen Seeligkeit / Ehr / Gunst / Vernunft und Mannheit nachtheilig. Hæc ratio constitutionis est, quò facit illud:

Ebrietas frangit, quicquid sapientia tangit,

Allzeit voll / macht endlich toll.

Ipsa autem Constitutio Imperatoris verbis præceptivis ita concepta: Demnach gebieten wir allen und jeden Churfürsten / Fürsten und andern Ständen / wes Würdens / Wesens / Stands oder Lands die sind / daß die ihren Unterthanen

nen zum Exempel / und daß sie dieselben zu straffen desto
mehr Ursach haben / das Zutrincken gänzlich für sich mei-
den / an ihren Höfen allem Hof-Gesind / und ihren Fürsten-
thümern / Herrschafften / Landen / Gebieten und Obriegkei-
ten / allen ihren Unterthanen ernstlich / bey ziemlichen Pönen
und Straffen / das Zutrincken zumeiden / verbieten / und das
rüber ernstlich halten / wie wir das ernstlich hiermit gebieten
und strenglich gehalten haben wollen. Illa ipsa verò Con-
stitutio hodie non usu recipitur, atque non plus vigoris
obtinuit adhuc dum, quam nix in tectis adversus rectos
solis radios. Et impossibile ferme videtur esse Germa-
nis, se continere in terminis hujus sobrietatis, quare ex-
clamat non nemo:

Germani duros possunt perferre labores,
O utinam possent, tam bene ferre sitim!
item:

Si latet in vino verum (ut proverbium dicunt)
Invenit verum Teuto, vel inveniet.

Tabellariis nostris nihil vulgariùs, quam ut pro epistolis
deposcant donum ad bibendum, *Trinckgelt* / & præterea
nihil, dememores desß *Esßgelds* / *vid. Autor. Itinerarii. p.*
254. & seqq.

De augendis facultatibus Principum, Cameris &
cavenis, Constitutiones Oeconomicae quomodo faci-
endæ, acceptiores omnibus essemus futuri, si remedium
proponere & modos sine difficultate compilandi & cõ-
quirendi pecunias, recensere fas esset; ad architectos la-
pidis Philosophici decurrendum concederemus, si un-
quam Philosophi illum lapidem credidissent atque arti-
culo realitatis invocassent; succurrit Judicium alicujus
viri summi: *Er habe seine Tag noch keinen reichen Gold-
macher*

macher gesehen/auch nie gehört/das eine Stands-Persohn
 von solchen Tretschern/ die vorgeben/ sie könten Gold mas
 chen/sey unbetrogen kommen. Possunt & huc cum fructu
 referri quæ congeffit *Fabius Glissentii in pecul. tractat. in*
quo differit moraliter qualis sit lapis Philosophorum. Multò
 magis, ut pauca hâc de re, hâc vice dicamus, credimus
 fructuosa maxima ex parte esse, & ad ejusmodi modos re-
 ferenda ea, quæ collegit *Aristot. 2. Oecon. 1.* addi potest &
 peculiaris disputatio Magni Conringii conscripta *de a-*
rario boni Principis rectè constituendo, augendo & conser-
vando, à quo non abludit, l. ult. ff. d. ll. omne sc. jus nostrum
consistere in acquirendo, conservando & minuendo; quod-
 libet convenienti si observetur tempore non dubium
 est, ærarium boni Principis bonum & non vacuum re-
 linqui, quod expedit bonis esse repletum, ne aliàs sit in-
 star campanæ sine pistillo. Duos omnium optimos es-
 se ditescendi modos expertus Serenissimus Princeps
 Dn. Ernestus, Dux Saxonæ in Gotha, Princeps pius, in-
 clytus, Felix, Triumphator, Augustus, pietatem sc. & pru-
 dentiam, itaque prima & fundamentalis hujus cura est,
 Majestatem revereri divinam; altera verò, ditiones suas
 prudenter ac feliciter regere, quapropter ad invidiam
 usq;, ingenti ipsius Celsitudo alios longè superat thesau-
 ro. Sacratissimus Imperator Justinianus noster, pietatem
 tantopere sibi commendatam habuit, ut non armis, ne-
 que suis militibus, neque bellorum ducibus, vel suo et-
 iam ingenio confisus sit, sed omnem spem suam ad so-
 lam retulit summæ Trinitatis providentiam, unde &
 mundi totius elementa processerunt, & rerum disposi-
 sitio in orbem terrarum producta est, semper fretus Deo,
 qui

qui res penitus desperatas donare & consummare suæ
virtutis magnitudine potest: *vid. Constitut. Deo auctore,
de conceptione digestorum.* notamus etiam hic symbo-
lum Serenissimi quondam Hassiæ Principis Dn. WIL-
HELMI:

Quod mihi cunque bonum Rex cuncti destinat
orbis,

Nulla interverti calliditate potest.

Was Gott beschert bleibt unerwehrt;

Activum Principalium constitutionum *subjectum*
sunt Principes, ut ipsa rubrica tituli hujus indicat, & glo-
riose de Justiniano nostro effertur, quod ipse causas co-
gnitionaliter examinârit, & partibus comminus consti-
tutis sententiam dixerit, *in l. 12. in prin. C. de ll.* quod i-
psum communiter veteres factitârunt Imperatores, & in
specie de Julio Cæsare istud dicitur, *vid. ap. Sveton. c. 43.*
Itemque de Augusto scribitur, Eum assidue & in noctem
nonnunquam lecticâ pro tribunali, si parum corpore
valuerit, cubentem causas cognovisse & decidisse; in
summa, studia in tantum ipsi curæ cordique fuisse, ut elo-
quentiam & liberalia studia ab ætate prima exercuerit, i-
pleque literatissimus literatos liberaliter foverit, *Sveton.
c. 84. 85. 87. & seqq.* Judicia in melius ordinârit, consiliis
moderandis Meccœnatem & Salustium Priscum intimos
admiserit, provincias omnes descripserit, & certos singu-
lis Rectores, Præsides, Proconsules & Præfectos impo-
suerit, *idem. Sveton. c. 47. Tacit. 3. Annal. 4.* Idem
& testatur *Sveton.* de Adriano & Claudio *cap. 15.* atque
Vespasiano, *c. 21.* Ad stuporem usque rerum nostratis æ-
tatis exemplum quoque enarratur Sigismundi, III. Regis
D Polo-

Poloniæ, quod in causis privatorum totos dies plerum-
 que jus dixerit. Stemmata itaque sublimiores personæ
 studia, quibus universus illuminatur orbis *Auth. habita.*
C. ne fil. pro patr. rectè insectantur.

E jure nostro notamus Marcum Catonem Prin-
 cipem Portiæ familiæ, jura publicè professum esse, *l. 2. ff.*
§. 38. in fin. ff. d. O. I.

Passivum subiectum Constitutionum principali-
 um, sunt omnes populi imperio Imperatoris subiecti,
 non obstante, quod nonnulli ad divinam pertineant
 domum, *l. 10. C. h. t.* Qui autem extra territorium & ju-
 risdictionem Imperatoris sunt, non tenentur constitu-
 tionibus his, *arg. l. ult. C. d. jurisdict. cap. 2. x. de constitut. in*
6. Perez. in C. C. h. t. n. 13. Ita ut nec advenæ sive forenses
 subjiciantur hisce constitutionibus, *l. 7. C. de incol. l. 1. ff. de*
tut. & curat. nisi forte in Principis territorio, negotiando
 vel delinquendo, forum sibi constituerint, *Richter. decis.*
3. n. 5. atque sic se tacitè legibus potestatiq̃ue magistra-
 tus subjecerint, *Perez. cit. loc. n. 14.* De ignorantibus
 quæritur an sc. constitutionibus obligentur? Notum est
 ignorantiam juris neminem excusare *l. 1. §. 1. ff. de jur. &*
fact. ignorant. sed sacratissimas leges, quæ constringunt
 hominum vitas, intelligi ab omnibus debere, ut universi
 præscripto earum manifestius cognito, vel prohibita de-
 clinent, vel permissa sectentur, *l. 9. C. de ll.* cujus legis ver-
 ba, secùs ac facit *Perez. dic. l. n. 9.* rectè *Barbos. in I. D. loc.*
Comm. lib. 9. c. 3. ax. 13. non tantùm de ignorantia juris
 divini naturalis vel Gentium, sed etiam juris humani f.
 communis interpretatur, modo tamen promulgatione
 & publicatione in notitiam omnium pervenerit. *arg. §.*
1. pro-

1. proem. Instit. Trentl. select. disputom. 1. disp. 1. Thes. 5. lit. b.
 Nec obstat: d. c. 2. x. de Constit. in 6to. secundum quod
 sententiis per statuta quorumcunque ordinariariorum
 prolatis, ignorantes non pronunciantur ligari; Arbitra-
 mur enim istud respicere statuta, cum nondum publica-
 ta in notitiam aliorum venerint, quare in sequentibus
 statim exceptio adponitur, *dum tamen ignorantia eorum
 non fuerit crassa aut supina.* Ipse Princeps, an non obli-
 getur suis propriis constitutionibus, vel ad minimum
 Antecessorum suorum, otiosè disquiritur. Prius quod at-
 tinet Principem legibus solutum esse corroborat. l. 31. ff.
 d. ll. Vis siquidè legum consistit in imperando & cogen-
 do l. 7. ff. eod. Principis autem summa potestas lauda-
 tur, & hic est *ἡ νόσμος κύριος* l. 9. ff. ad leg. Rhod. de jact. quem
 quis audeat cogere? quod is ipse nec efficiet, quippe
 imperare sibi, neque se prohibere quisquam potest per l.
 pen. ff. de recept. qui arbitr. recep. ut sent. dic. Nihilominus
 auro & cedro digna est sententia legis 4. C. de ll. sc. dignā
 vocem esse majestate regnantis, legibus alligatum se pro-
 fiteri principem. Et adeò de autoritate juris ipsius pen-
 dere auctoritatem, & revera majus imperio esse, submit-
 tere legibus Principatum. Unde notamus alligati vo-
 cabulum, quod non *necessitatis*, sed *humanitatis* gratia
 adjecit, coeteroquin contradictionem parturiret, sum-
 mum esse principem & nihilominus subjici legibus & sic
 sibi superiorem constituere; ipse enim Justinianus in
 Nov. 105. cir. fin. Principes supra leges esse & quibus De-
 us leges subjecerit, disposuit; hinc etiam passim vocan-
 tur dii, divina oracula divini sermones, vultus, adoranda
 purpurā ingerentes & ingeminantes. Nec ineptus erit

forte *and. l. 4. C. d. ll.* intellectus, sc. principem non *co-*
activè sed *exemplificativè*, legibus alligatum dici, quem
suppeditare videtur ultima legis verba: *Quod nobis licere*
non patimur, aliis indicamus. Princeps namque maximus,
major tamen exemplo; exasperat homines imperata
correctio, blandissimè autem jubentur exemplo, unde
ex *Plin. in panegy. notant. Dd.* vitam Principis perpetuam
esse censuram: ad hanc dirigimur; nec tam imperiò no-
bis opus, quàm exemplo. Et ex *Herodian. lib. 1.* Princeps
si ipse præstet, quæ exigit à subditis, & legibus parendo
exemplo suo subditos doceat parere, Zelo subditos du-
ci ad normam principis. Veri verbia itaque hæc sunt:
Qualis Rex, talis grex: si bene Rex, benè vult grex: mutua
sic Regem cura gregemque beat. *Wann der Abt Würf-*
feh aufflegt / so spielt der ganze Convent. vid. Autorem I-
tinerrarii p. 408. & quales solent esse in Republica Princi-
pes, tales reliqui solent esse cives *Cic. lib. 1. ad famil. E-*
pist. 9.

Scilicet in vulgus manant exempla Regentum;

Utque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

Optimus ergò princeps nihil amplius sibi, quàm sub-
ditis licere vult. Legibus autem naturæ & gentium nul-
lum dubium est subjici Principem: non verò quâ *Princi-*
pem & Republicæ administratorem, sed quâ *ad huma-*
num æquè ac aliæ gentes spectat genus, ut hæcenus rectè
Treutler. ajat: Principem legibus illis esse solutum, quas
subditis suis ille tulerit, *select. disp. vol. 1. D. 1. th. 7. lit. b.*
Moderni Imperatores Legibus imperii s. capitulationi-
bus vivunt, non, quidem *coactivè* sed vi *specialis pactio-*
nis, in itæ cum Imperii Statibus. exploratum siquidem est
capi-

capitulationibus hæc inserta reperiri verba : Dasz wir demnach aus freyen gnädigen Willen / mit demselben unsern lieben Neuen / Oheimen / und Churfürsten dieser nachfolgenden Articul, Geding und Pactsweise vereiniget / verstragen / die angenommen / bewilliget und zugesagt haben ; Quibus Majestatis essentia nihil quicquam læditur, nequaquam enim (ut utamur Verbis Præceptoris nostri Magni Taboris) Majestati s. majestatis essentiæ officit, si ejus exercitium certis limitibus sit circum-scriptum. *in partit. Element. p. 12. §. 9. in en. d.* Prædecessoris sui Cõstitutionibus, an se Princeps teneatur subjicere? altioris videtur esse indaginis. Notū est parem in parem non habere imperium, nec magistratus superiorem aut parem imperio ullo modo cogere posse, *l. 4. ff. de recept. qui arbitr. recep. ut sent. dic. V. Vesenb. π. de constit. Princip. n. 2.* Quis ergo Prædecessor successoris imperare poterit? Conventius nihilominus est pio Principi cum Antecessoris sui, boni publici causa, constituta observet, & quidem ut loquitur. *Tac. lib. 4. annal. vice legis.* inque his majores suos repræsentet, ut tandem & aliquando sua à successore eundem & in modum observentur, nec respuantur; justitiæ siquidem ac rationis ordo svadet, ut qui à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui procul dubio voluntatem & statuta custodiat, sunt verba notatu digna. *c. 15. caus. 25. Quest. 1.* Notanter dictum putamus, si facta Principis talia sint, ut boni publici gratiã evidenter sint contracta, hæctenus enim defunctum repræsentat & tenetur stare contractui prædecessoris, *conf. V. Ves. Consil. 303. n. 82.* Quod si verò privato nomine inierit contractum Princeps de re patrimoniali, hoc

successor regulariter obligatur, *vid. Bachov. in not. ad Wes. π. de Const. Princip. i. n. 2. lit. l.* plura *vid. collecta hac de re à Magnif. Tab. in pec. tract. de Obligat. success. in offic.* Hinc agnati prædecessoris Vasalli sine prole defuncti, onera & debita contracta, quæ sub qualitate feudali non veniunt, daß nur Erbschulden sind / *solvere enim* tenentur, sed repudiatâ hæreditate feudi si paternum retinere possunt, nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine solvere coguntur: Sin autem filium relinquat Vasallus, *non* ipse ~~enim~~ potest hæreditatem sine beneficio repudiare, sed utrumque debet aut retinere, aut repudiare, per text. *2. F. 45.* est enim feudum hoc hæreditarium, & filius sub qualitate hæredis vocatur ad hoc, quod vocabulum quia universitatem complectitur, ideoque hæreditatem pro parte eam scindendo adire nequit. *l. i. ff. de acquir. hæred.* Quare lex ei injungit, fidem patris liberare, & memoriam ejus ab omni injuria tueri, atque deficientibus hæreditatis viribus, ex feudo debita solvere, *Cosel. in repetit. synopt. Jur. feudal. c. 11. in fin.* Agnati verò jure succedunt proprio, uti & filii in feudis ex pacto & providentia, vulgo in den Stamm-Lehen / *vid. Geil. 2. observ. 154. n. 18.* ubi & tractat, quomodo filio adhuc hoc in casu queat consuli, ne ultra hæreditatis vires teneaturolvere.

CAP. IV.

DE

Forma.

Ipsa constitutionum generalium forma clarè enumeratur in *l. 8. C. de ll.* nempe quod Princeps velit in posterum

sterum in condēda constitutione adhibere proceres palatii & gloriosissimum senatorum coetum, & si universis his placuerit, tunc legem debere dictari, & sic eam de nuò collectis omnibus recenseri, cumque omnes consenserint, tum demum in sacri numinis consistorio recitari; Persentiscere namque Principes non difficulter poterant, nihil gravius esse quàm legem ferre, quamvis alias Principes dicant, omnia jura in serinio pectoris habere. *leg. 19. C. de testam. Schneidevvin. in Apostill. Cod. Tit. d. ll. & constit. Princip.* Quare in consilium ferendæ legis adhibendos senatores existimarunt, ne præcipiti festinatione leges aliquando sibi displiceant. Quod ipsum tamen modestiæ gratia, haud coacti, imperatores disposuere, ut supra tactum. Hodie tamen eo res devenit, ut Imperator Imperio legem universalem condat, non nisi cum assensu & consilio Electorum, Principum & civitat. Imper. Coeteroquin Princeps in ferendis constitutionibus attendat, ut eæ sint honestæ, justæ, possibiles, utiles & manifestæ: quod si enim inhonestæ proponantur, bonis non respondebunt moribus & ad delinquendum homines invitabunt, quod genio bonarum legum repugnare attestatur. *Schrader. ad §. 1. l. de Iur. nat. gent. & civil. n. 14. & 15.* secundum namque præceptum juris honestatem anxie exigit, in *§. 4. I. de Instit. & jur.* cujus tanta vis est, ut cuicunque utilitati anteferenda veniat, *Menoch. lib. 2. arb. Iud. cas. 442. n. 3.* de rebus etiam quæ contra bonos mores sunt leges fieri nequeunt, sed si quæ factæ sint pro non scriptis habentur, *l. 14. c. de condit. inst.* Justæ quoque sint constitutiones, requiritur, ne detorqueantur in aliorum læsionem vel damnum. *l. 6. C. de ll. neve*

neve contraveniant juri divino *c. 6. caus. 25. q. 1.* aut naturali, quod mutationi nullo modo subjacet, *S. ult. 1. de jur. nat. gent. & civil.* vel etiam saniori rationi, *l. 14. & 15. ff. de ll.* Vigorem enim legis habent, *l. 1. de constit. Princip.* uti autem anima legis ratio est *V Ves. in π. de ll. n. 5. Mynsing. consil. 1. n. 8.* ita & constitutionum harum. Juri huic naturali & saniori rationi haud consentaneæ essent constitutiones, quibus sanciretur, licere rapere bona naufragium passorum, per *Authent. navigia. C. de furt. P. S. D. art. 218.* quid enim magis contrarium est rationi, quàm calamitoso addere calamitatem, & afflicto afflictionem. *l. 14. ff. de off. presid. l. 28. C. de Episcop. audient.* Cujusmodi consuetudinem vigere in Gallia refert. *Bodin. de republ. l. 1. c. ult.* eandemque communem esse apud Anglos & Hispanos recenset *Bruning. de var. univers. spec. concl. 53.* quam omnibus modis tollendam esse præcipit. *dict. art. 218.* Et contra raptores ejusmodi bonorum hodie mandata sine clausula in Camera Imperiali decernuntur, vid. *Geil. lib. 1. obs. 18. n. 6.* Ejusdem conditionis essent constitutiones, si quando Princeps constitueret, ut res furtivæ apud furem repertæ in commissum cadant, earumque proprietate dominus privetur, eique non restituantur, nisi refuso pretio. *vid. constit. Criminal. art. 207.* Dominus siquidem rei nihil admisit, ideoque nec propter delictum furis re suâ privari debet, arg. *l. 26. ff. de pæn. & l. 22. (eod. Carpzov. practic. crimin. part. 2. quæst. 80. n. 10.* Cum naturâ etiam pugnaret constitutio seu introductio juris albini in Gallia recepti, teste *Becht. de secur. & salv. conduct. conclus. 85.* ut peregrinis ab intestato decedentibus, proximiores consanguinei non succedant, per *l. ult. C. quorum bonor.*

*bonor. & Authent. Omnes peregrini C. Commun. de suc-
 cession. Porro possibiles esse leges desiderantur; impos-
 sibilium enim nulla est obligatio. l. 185. d. R. I. & consti-
 tutiones exigunt obedientiam subditorum quibus fe-
 runtur, jam autem obedientia versatur circa ea, quæ in
 obedientis facultate posita sunt, Haenon. Polit. disp. 5. con-
 clus. 61. lit. c. Quare Imperator in Novell. 44. c. 1. in fin. ait:
 nos conjicientes humanam naturam, mediocres etiam eis le-
 ges nostras ponimus: Incivile etiam esset, hominem ju-
 bere facere, quod facere non potest. Utiles quoque de-
 bent esse constitutiones. l. 2. ff. h. t. l. ult. C. si jus vel
 util. l. 3. C. d. precib. Imper. offer. conscriptæ pro communi
 hominum utilitate, non privati commodi aut inanis
 gloriae ergò. Novell. Leon. 33 Althus. polit. c. 24. fol. 319. &
 nisi publicam utilitatem respiciant, justæ prædicari non
 poterunt, ex Cassiodor. Perez. in C. C. h. t. n. 14. In con-
 dendis legibus brevitati desuper studere debet Princeps
 & multitudinem earum detestari, multò enim utilius
 est, pauca idoneè effundere quàm multis inutilibus, ho-
 mines prægravare. l. 2. §. 16 C. d. I. V. E. immò corruptif-
 sima ista efferèda respublica, in qua plurimæ reperiuntur
 leges, Tacit. lib. 4. annal. Plato lib. 3. de ll. ait: signum ma-
 læ constitutæ Reipublicæ esse, cum in ea reperiantur
 multi Jcti, quod ei indicent, multitudinem litium ex
 multitudine legum natarum; Et cùm multæ conspician-
 tur leges in Corpore Juris civilis, nempe 13752. hinc Ni-
 col. Vernula. in Instit. pol. tit. 2. quest. 4. exoptat pro tot in
 Digestis legum voluminibus, unum esse breve & perspi-
 cum juris compendium; in votis quoque habet Schön-
 born. 3. pol. c. 3. hodiè fata, aliquem animare Julium, qui*

E

jus.

jus civile ad certum modum redigeret, atque ex immensa diffusaque legum copia optima quæque & necessaria in paucissimos conferat libros, quod votum certè esset pro ingenio socordium.

Quicquid autem sit, paucas esse in corpore juris nostri leges, *probat. l. 2. §. 17. C. de iur. vet. Enucl.* si non crassâ & evidenti quantitate, tamen sublimiore qualitate. Nec officit multitudo ista litium quæ per accidens occurrit, anne enim morborum multitudinem multis pharmacis & medicis adscribamus? neutiquam! contra potius asserere lubet æquè ac multi medici causa multorum morborum, ita & Jureconsulti sunt malæ Reipublicæ signum; de cœtero tamen quod medicamenta morbis, hoc exhibere jura negotiis. *Novell. Leon. 1. VVesemb. in π. de I. & I. n. 2.* Illa multos gulosos & intemperantes homines designant; hæc litigiosos. *vid. Arnisa. doctrin. pol. c. 17.* Tandem nec universale esse credimus, quasi omnis legum multitudo Reipublicæ noceat: nocet magis malitia & ingenium interpretum. Confer. *Valentin. Winther. in Parthemo litigioso lib. 2. c. 5. n. 17.* quod respicit istud.

Quæris cur crescant numerosa volumina legum?
Est ratio crescit, magnus in orbe dolus.

Quibus præsuppositis desuper postulat, ut constitutiones sanciantur, quam ipsam sanctionem esse essentialem unicam formam legum, Dd. statuunt, *vid. Bachov. ad VVes. π. de ll. n. 5. lit. 1. Trentler. select. disp. vol. 1. disp. 1. thes. 5. lit. B.* In notitiam verò civium ut deducantur atque manifestæ reddantur, opus est promulgatione. *§. 1. Proæm. Inst. Menoch. Consil. 459. n. 29. & 670. n. 33. & seqq.*
quæ

quæ expeditur ministro^{rô} vel præconis, vel alterius cu-
 jusdam. Venientia in usum autem non ob vilem ratio-
 nem à forma rejicitur secus ac vult *Trentler.c.l.* Lex e-
 nim vim suam nanciscitur à Legislatore, cujus mutandæ
 aut confirmandæ jus penes subditos non est, vid. *Bæ-*
hov. in animadvers. ad Trentler.ibid. scriptura à forma
 hîc est aliena: ~~in~~ *populus olim regebatur legibus, non*
quod scriptæ essent, sed promulgatæ & compositæ, d. S.
1. proæm. instit. Mirari itaque licet *Wesenbecium in w.*
de ll.n.5. in fin. statuentem, *scripturam specificam totius ju-*
ris esse differentiam. Utut non diffitendum sit, eam ope-
 rari aliquid ad probationem & expeditiorem cognitio-
 nem, *l.4. ff. de fid. Instrum. quod & contestatur R.I. de ann.*
1521. §.20.

A ita

CAPUT ULTIMUM.

DE

Effectu, Fine, contrariis & affinibus.

Effectus Constitutionum judicatur verbis *l.1. h.t.* ha-
 bere sc. eas vigorem s. authoritatem legis, imò ipsas
 leges esse commonstrant verba *§.1. d.l. ibi: quodcunque*
imperator per Epistolam & subscriptionem statuit, vel co-
gnoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, legem esse
constat, conf. Cujac. in π. C. h. additur: hæc sunt, quas consti-
tutiones vocamus, speciali puta nomine, cum leges à po-
pulo fuerint latæ, ut docemur ex §.4. I. de jur. nat. Gent. &
Civil. Quemadmodum autem multa circa principem
 lux est, ita omnium oculi eò erunt convertendi nec ex-

E

cusa-

cusare ab effectu hoc obligatorio aliquem poterit igno-
 rantia, per *l. pen. C. de jur. & fact. ignor.* sed quisque his
 constitutionibus repugnaverit, sacrilegio notatur *l. 13.*
C. de erogat. milit. annon. De Decretis & responsionibus
 potest dubitari, quomodo queant habere legis vigorem,
 cum ferantur super negotio privato, adeoque quosdam
 tantum & eos, pro quibus fuerint promulgatae, per *l. 2.*
C. h. t. non verò omnes obstringere, quod præstent nihil-
 ominùs leges, *l. 9. ff. de ll.* Sed & quamvis hoc, effectum
 tamen sortiri constitutionis & legis generalis, ideoq; &
 leges vocari ab Imperatore in *l. 2. C. de ll.* quando quidem
 Princeps, qui ob supremum Imperii culmen & potesta-
 tem, nullius gratia aut odio in negotio ita statuit, simul
 & in aliis causis similibus ita sancire velle præsumatur, &
 quasi hanc inferioribus Magistratibus præscribere for-
 mam, quapropter manifestis verbis in *l. ult. pr. C. de ll.*
 sancitum, si imperialis Majestas causam cognitionaliter
 examinârit, & partibus cominùs constitutis sententiam
 dixerit, omnes omninò judices qui sunt sub imperio, sci-
 re debere hanc esse legem non solum illi causæ pro qua
 producta est, sed & omnibus similibus, Effectus Respon-
 sionum principalium designatur etiam in *l. 2. C. d. t.* in
 hoc, dum ab alio retractari prohibentur, sub poena infa-
 miæ.

FINIS Constitutionum nostrarum est beatitudo
 imperii, quam principaliter omnes respiciunt leges,
 conf. *Iohan. Loccen. de ordinand. republ. lib. 1. c. 7. in init.* &
Brunneman. in Com. cod. ad l. 8. de ll. quare leges funda-
 menta uniuscujusq; Reipublicæ dicuntur, *Knipschild. de*
jur. & privileg. civitat. Imperial. lib. 5. c. 13. n. 1. tamque diu
 conscr-

conservari & vigere Rempublicam, quamdiu leges bonæ in ea custodiuntur. *Bodin. de Republ. lib. 3. c. 1.* In summa, ut *VVesenbecii* verbis utamur *in parat. de ll. n. 7.* huc omnes collimant & referuntur leges: Ut quàm beatissima sit Respublica, ejusque status æquabilitate juris conservetur; Conservatur autem, cum præsidio harum tutissimus ab injuriis, dum his emendantur vitia, commendantur virtutes, quæ res firmissima rerumpublicarum anchora à *Solone* laudata, propagatur & hæc conservatio, cum in rebus acquirendis, retinendis, alienandisve, inque omnibus contractibus pari jure summi cum infimis tenentur, ut notavit *Perez. in C. Cod. h. l. n. 6. ex VVesenbec. c. l.* Scopus itaque Principum legislatorum sit, leges ferre, non ad privatum commodum, sed pro communi utilitate, *l. 2. §. 8. C. de jurejur. propt. calumn.* se administratores, nec Rempublicam ipsorum, sed ipsos Republicæ esse, contendant, credantque sese non mancipio Imperia, aut subditos instar fundorum & ædium tenere, sed habere potestatem regiam suos limites.

Contrariatur Constitutionibus vel potiùs derogat mutatio per constitutiones posteriores, modestinus enim in *l. ult. ff. h. t.* ita: *Ἄν μεταγενέσειαι διατάξεις ἰσχυρότεροι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν.* Constitutiones tēpore posteriores sunt his, quæ ipsas præcesserunt. Repugnat & his, si de verbis concipiantur, *l. 2. C. commun. de legat. Sigism. Scac. de appellat. quest. 17. limit. 10. n. 14.* Cumq; suprà circa formam dictum sit, constitutiones honestas esse debere, ideoque eæ invalidæ erunt, quæ de re inhonesta & frivola prodibunt; quibus adscribimus edictum quod *Claudius, Cæsar* aliquando meditatus, quô veniam daret ef-

flatum crepitumq; ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia reperisset, vid. ap. *Sveton. in Claud. c. 32. in fin.* Ipsis rescriptis contrariatur, si preces veritate non nitantur, unde si per falsorum narratorum suggestionem sub & obreptitiè impetrata sint, nullius existunt momenti & valoris, *l. 7. C. de rescript. & pragmat. sanct. conf. l. 26. §. 8. d. fideicom. libert. & l. 1. de natat. restit. l. 5. §. 15. d. reb. eor. qui sub tut. re-*liqua huc pertinētia, ex qualibet depromi possunt causa.

Similes sunt constitutionibus generalibus leges, ut enim hæ, ita & illæ omnes obligant populos. Specialibus similia sunt mandata principis quæ & commonitoria vocantur *Nov. 31. c. 2.* in Camerâ monitoria, sive commonitorialia dicuntur, *Roding. ff. tar. Cameral. lib. 3. tit. 7. in pr.* quibus præfides vel iudices monentur aliquid in speciali agere negotio, vel his forma administrandi præscribitur, *conf. Perez. in C. C. de mandat. princip. n. 1. & Frantz. in Comment. ad pand. h. t. n. 28.*

Expositio text. 2. F. 17. & 1. F. 6. vers. 1. annexâ decisione questionis: an fœmina in feudis semel exclusæ, semper pro exclusis habenda?

VAfalliticam fidem fœminarum utrum queat præstare fœminarum fragilitas? otiose fortè dubitationi obtruditur: Ecquis enim ausus fuerit fœminas æquiparare illis Vasallis, qui dominos de prælio meditabundos comitantur atque contra quoscunque armis secundant? Proprium itaque hoc potius manebit virorum, fœminis semotis à servitorum Vasalliticorum condigna solutione, nullâ habitâ ratione assuefactionis in exercēdis martialib⁹ ejusmodi officiis, queis nec fortitudo
mani-

manifesta redditur, neque imbecillitas harum coetero-
 quin refrenatur : Meticulositatem in his ne cataractis
 quidem prohibebis, nec securo exercitæ adscribes mili-
 tiæ, personas seductionibus, persuasionibus ac blanditiis
 nullas non obnoxias. Militia gravis, graves & constan-
 tes decet animos. Rebus sic succedentibus, non mira-
 mur diversitatem mulierum succedendi parentibus ju-
 ris Romani à moribus Longobardorum, sexum foemi-
 neum feudi hæreditarium inficiantium, *1. F. 1. §. 3. Mar-
 purg. vol. 4. Consil. 12. n. 124.* Ratio Herniensi Feudistæ in
 promptu : quod feudam neque levare neque pugnam
 subire queant. Ex ad epto præterea feudo judicandi pro-
 ficiscitur potestas, quam Vasalli nostri, non ut olim ad-
 ministrationis exercent jure, sed hæreditario titulo, &
 Patrimoniali jure, pro territorialis superioritatis ea de-
 funguntur qualitate, à qua judicandi propensione, mu-
 nere ut constat publico, soli masculino sexui congruo,
 sexum foemineum recedere, manifestum jura undiqua-
 que dictitant, *l. 2. ff. de R. I. Suthold. dissert. de jurisdic-
 t. n. ult. Frankl. §. 2. I. de Action. Ming. de superior. con-
 clus. 2. §. 15.* In jure attamen Feudistico neminem tam
 peregrinum censemus, qui inficias eat, separari feudum
 propriè ita vocatum, à natura improprii, recedentis à
 communi & regulari feudi normâ, *Gothofred. Anton.
 disp. feudal. 1. th. 7.* quod pro qualitate sua & foemellis
 appropriate sub conditione eines Weibes oder Kün-
 ckel-Lähns/locum sibi vindicans, cum feudi Dominus
 servitia Vasallitica vi pacti specialis, *2. F. 3. §. 1. in fin. §. tit.
 30. & 50.* vel peculiari cujusdam curiæ consuetudine &
 Stylo remittit sive tolerat, per substitutum expediri, quâ
 ratione

ratione & foeminæ per tertium ex consilio peritorum jurisdictionem exercere permittuntur, loco illius Mundvvaldi, cujus sub priscis temporibus perpetuæ subijciebantur tutelæ; Demonstrant hoc actus plurimi in jurisdictionis limitibus ab Abbatissis, Comitissis & Prælatissis celebrati, *vid. Magn. Tab. lectio. feudal. pens. 2. in fin.* A feudo autem ejusmodi improprio, foemineo sc. nonnunquam se exclusas conqueruntur mulierculæ, quod ipsis restitui efflagitant; Unde celebris exorta quæstio: *Mulier an semel in feudo exclusa, omni cadat spe denuò succedendi?* De qua, pace tamen aliorum & æquanimitate, sequentia exercitii gratia licebit in medium proferre. Vasallô sine masculino defuncto hærede, filia tamen relicta, non nanciscitur patris Vasalli beneficium, *l. F. 24.* Quod si autem is sibi vel hæredib⁹ suis masculis, sive his deficientibus peculiari provisione filiabus beneficium feudale accipiat, & decedat, unicâ superstite filiâ, nullo verò alio descendente relicto, filia, vi pacti specialis beneficii paterni redditur compos. Hoc autem deinde feudum, cum matrimonio se mancipasset, marito suo in dotem confert, prout illi hoc licet, *vid. Anton. disp. feudal. 9. thes. 6. lit. d.* hoc salis tamen grano adperso, ut præmortuo marito ad mulierem, revertatur, & præmortuâ muliere liberis relinquatur, vel his deficientibus domino feudi aperiatur, *2. F. 13.* Quod si verò filia ex marito suscipiat filios duos, qui deinceps liberos disparis sexus, puta si unus filias duas, alter autem masculum filium relinquunt, filius masculus, exclusis patru filibus feudum repetit, eo quod primus acquirens hujus feudi mas fuerit, neque pateat locus foeminæ in feudi successione, donec

donec masculus superest, 2.30. & F.l. 104. quemadmodum in plurimis locis Feudista Obertus de Orto, civis Mediolanensis, Pragmaticus excellens filio suo Anselma respondit & confirmavit, superstite sc. masculo, non patere locum foeminae in feudi successione, 2.F.17. Causam negotii Doctores in sola rerum judicatarum auctoritate quaerunt, ut pote quod sapientes, post longam disputationem de urgentissima hac controversia, pro regula constituerint, quamvis feudum non tantum pro liberis masculis, sed etiam foeminis assumptum habeatur, at tamen utrisque concurrentibus, foeminas per masculos excludi, per d.t.2.F.17. cum assignent verba investiturae expressa foemellis, tum locum, quando masculi penitus defecerint; Jam verò hoc in casu super est masculus, primi sc. acquirentis Pronepos E.

Non infringit pronunciatum, semel sexus sublatam differentiam non revocandam ex eventu fortuito, Boc. de success. Feud. c.5. q. 12. p. 406. & Hottoman. atque Picc. ad text. 2.F.17. Vel etiam quod primi acquirentis masculi defecerint, proinde successionem jure pervenisse ad mulieres, atque concludendum, proportionem inter consobrinos feudum esse dividendum, ita ut masculus non diversae lineae partem consequatur, sed portione sua contentus esse debeat: Nam extra controversiam existere remur; In feudis regulariter masculos solummodò non verò foeminas succedere 1.F.1. §.3. Quod axioma ampliat ut & locum inveniat in casu, quo foeminis successio per pactum est acquisita, haecenus ut per masculos foeminae excludantur, cum in praesenti hac nostrâ facti specie defuncta ex 2.F.17. primus acquirens masculos, non in

F

una

una tantum parte feudi, sed in toto prætulerit feudo, quo spectat regula: pactio seu conditio in primo gradu definita, in omnibus reliquis censetur esse repetita, *arg. l. 74. de legat. 1. & l. 13. de alim. & cibarij. legat. Barbosa. thesaur. loc. commun. lib. 16. c. 32. ax. 5.* Potuisset equidem primus acquirens ita filiabus cum filiis æquis, partibus prospicere, quando filias filiis coordinasset & æquiparasset, *l. F. 14 VVes. consil. 74. n. 19.* in forma sc. investiendi ita, ut pariter & simul foeminæ unà cum maribus succedant, non verò ordine successivo: hòc in locò autem non coordinantur sed filia in locum deficientium masculorum substituuntur. Extensionem res patitur & isthanc, ut non tantùm in simplici infeudatione, verum etiam subinfeudatione, valorem sortiatur: Quod si enim Vasallus qui pro se & hæredibus masculis suis, iisque deficientibus pro foeminis accepisset feudum, illudque vicissim militi pro beneficio per subinfeudationem concessisset, & postea mortuus duos filios reliquisset, quorum primus filiam, alter vero filium generasset, subvasallus non obstrictus est, quamdiu superest masculus, ex eo qui primam investituram constituit, feudum per foeminam recognoscere, & fateri se per mulierem hoc beneficii obtinere genus. *2. F. 17. in fin.* Nihilominus tamen muliebri hoc feudum manet, remediumque & spes, si tandem defecerint masculi, ad repetendum beneficium, foeminis in salvo relinquitur inde exsurgit subantea celebris palma & cedro digna controversia, an foemina per masculi existentiam, in ante præfigurato casu, semel exclusa in perpetuum & semper talis censeatur? Gerhardus Cappagistus, Consul Mediolanensis tempore Friderici primi Impera-

Imperatoris, *Anton. Disp. feud. 1. thes. 1. lit. 1. Arum. disp. feud. 18.* (cujus nomen postea deletum fuit, quod perfidiæ accusatus esset, quod Exercitum Imperatoris malitiosè per loca arida seductum & circumductum debilitasset; Quare Mediolanenses indignationem Imperatoris veriti; Gerhardi domum funditus everterunt, *Rittershus. de feud. part. 1. q. 7.* quemadmodum & alias nomina reorum ob crimen læsæ majestatis, ex fastis & subscriptionibus deleta; deprehendimus, *l. 6. 7. & 8. C. ad leg. Jul. majestat. l. 2. C. ne sanct. baptism. iter.*) constitutionem feudalem hanc *1. F. 6. & 1.* annotavit: *si quis eo tenore feudum acceperit, ut ejus descendentes masculi & fœminæ istud habere queant, relicto masculino ulterius fœminam non admitti.* Quo textu seductus Gothofredus Antonius *Disp. Feud. 1. thes. 6. lit. a.* fœminam semel exclusam semper haberi exclusam, defendere annisus est, cum rationis adjectione hæc: jus namque semel consopitum difficulter reviviscere, *l. 88. 89. de solution. eundem in modum, ac in substitutione sine liberis facta, si substituens filio relicto decedat, idemque adita hæreditate post intervallum moriatur, jus tamen substituti, quamvis conditio substitutionis non duraverit, jamdudum expirasse, l. 10. & 21. de fideicommissar. libertat. l. 5. C. de impub. & al. substitut. adeò ut filio etiam patri succedere nolenti, substitutus nihilominus jus suum prætendens, propter existentiam masculi non audiatur l. 114. §. 13. de legat. 1.* Cui Jcto Excelso, non pauci & alii magnæ authoritatis Viri subscribunt, nempe Bocerus, Schraderus, Zasius, Borchold, Curtius Junior, Motzius, Schenck Baro, Matthias de Afflictis, Andreas de Isernia, Jacobus Alvarot-

F 2

tus,

tus, Ferrarius Montanus, olim Academiae Marpurgenſis Antecessor, Durandus, Garzonius, Rosenthalius, Rolandus à Valle, Everhardus Junior, Fachineus, Gylmanus & alii. Quibus Germaniae nostrae Doctoribus Excellentissimis contradicere atque adversus hos Herculeas quasi jactare vires, temerarium forte judicabitur. Hermannus autem Vultejus Jctus olim Marpurgenſis Famigeratissimus, tractatu *de feudis lib. 1. c. 9. n. 53.* negativam: foeminis sc. non usque quaque viam ad succedendum in hoc feudo praclusam esse, sed tantisper arceri, dum masculi superstites fuerint, tuetur, qui tamen postea refutatus à Bocero in tractat. *de investitur. c. 5. n. 62. & seq. & de success. feud. c. 3. question. 4.* cujus rationibus allectus postea Vultejus arbitrium suum prius in aliud transmutavit in *vol. 4. Consil. Marpurgenſ. 12. n. 187.* ubi fatetur se olim quaestionem hanc in Theoria in Schola disputasse, postquam verò nunc in hypothese tractetur in foro, religionem sibi, dum consulat judici & non parti, esse, à plerorumque Doctorum omnium sententiâ, non tantum textuali, sed etiam rationibus non levibus roboratâ & communissimo omnium calculo, quin etiam ab ipsâ Camera Imperiali receptâ, recedere. Negativa tamen veritati (quam denegare bonum non est *l. F. 23.*) magis consentanea erit si penitus textus inspiciamus supra quippe adducto *text. 2. 17. verb. investitura express.* colligere licet, masculis deficientibus foeminas beneficium consecuturas, quibus exclusis primum per mares, aspertum E , iterum erit feudum, si hi deficient; quod
con-

confirmant & sequentia verba hujus text. *non patere foeminae locum in feudi successione donec masculus supersit.* quæ vox *donec* est ἄχρι τῆς συνῆς, *suspensiva*, suspendens sc. spem quæ est ad tempus, quamdiu impedimentum & obstaculum masculi superest, non vero σπερτικὴ ἢ *extinctiva* à jure etiam successionis, *Hartm. Pistor. 2. q. 36. n. 17. Glock. relat. Cameral. 138. n. 14. § 49.* quam interpretationem duo ablativi, his deficientibus urgent, qui absolute positi, ejus sunt naturæ ut conditionem resolutivam inferant *l. 109. ff. de Condit. & demonstrat. & resolvendi sic: foemellis tum demum locum fore, si masculi penitus defecerint, idem asseritur 1. F. 8. vers. 2. ad stipulatur in super ratio satis prægnans, pacta contra intentionem contrahentium non esse interpretanda l. 7. §. 8. ff. de pact.* Atqui hoc feudum est *pactitium*, cujus investituræ tenor: beneficium, non existentibus masculis, esse descensurum ad ipsas natas. E. Firmo igitur nititur talo thema: *Mulier in feudo foemineo semel exclusa & non admissa, non pro perpetuo exclusa habenda: Quod non infringitur ab adversante Gothofredo per in medium ab ipso adductum text. 1. F. 6. §. 1. cujus verba: relicto masculo, foeminae ulterius non admittuntur;* Hæc ipsa enim non de omnimoda exclusionem explicanda, ideo Feudista usus vocabulo *admissionis*, istud facti est, saltem non admissi præsentem succedendi animum constringens, hoc juris omnem spem ab excluso removens, ut sensus verborum hic sit: *relicto masculo foeminae ulterius non admittuntur, h. e. quamdiu extant masculi, pro tempore illo foeminae ulte-*

rius non prætere possunt successionem , quibus ta-
 men mortuis, janua ad feudum his aperitur. Huic opi-
 nioni assentiuntur, VVesenbecius, Geilius, Hartmannus
 Pistorius, Forsterus, Mynsingerus, Knichen, Sonsbecius,
 Struvius, Jacobus de Belviso , Finckelthuf, Befoldus,
 Niell. Arumæus, Schultze, Jochimus Schlepiz, Frideri-
 cus à Sande & innumeri alii. Summum quoque tribunal
 hanc sententiam amplecti , testatum reddit Johannes
 Wurmserus *tractat. de feud. impropr. circ. fin.* quam idcir-
 co citra omnium sartam tectamque custodimus vires,
 quæ enim quæso culpa opponi potest ^{foemina} quod eo casu feu-
 do debeat privari ? Bocerus reverti feudum ad domi-
 num somniat, quod erroneum; quandoquidem Domi-
 nus ita ordinavit & pactus est cum acquirente primo,
 deficientibus masculis se non repetiturum feudum, sed
 filiabus relicturum, cui datae fidei contravenire hominis
 est perfidi, violare enim contractum non licet contra-
 henti *l. i. pr. ff. de pact.* atque fidem fallere, grave est, *l. i.*
ff. de constit. pecun. cum primis turpe Illustribus nobilibus-
 que personis, quas unam linguam unumque calamum
 habere, *Knipschild de jur. & priv. Civitat. Imperial. lib.*
1. c. 18. n. 12. & 13. atque fidem datam feudalem servare
 decet, *Gothofred Anton. Disp. Feudal. 1. Thes. 1. lit. b.* un-
 de nihil clariore lumine fulgere dicitur quam recta fides
 in principe, *l. inter claras C. de summ. Trinitat.* Itaque
 Feudista recte hætenus *1. F. 7.* *Natura feudi hæc est, ut*
si princeps investierit aliquem suorum de aliquo feudo, non
potest eum devestire sine culpa. Impiè ergò jactatur in pro-
 ver-

verbio; *zusagen ist Edelmännisch / halten ist Bäurisch.*
 Proximi agnati & collaterales masculi nec foeminas se-
 movere possunt à feudo, sed illi ab his removentur, nam
 forma investituræ omni attendenda loco, *Geil. 2. O. 50. n.*
14. siquidem hæc stricti juris est, non pertrahenda ultra
 significata, neque ad diversa & separata, multominus ad
 ea, de quibus probabile est, non sensisse contrahentes,
Barbos. thes. loc. Comm. lib. 9. c. 81. ax. 2. Ast primus ac-
 quirens hâc lege acquisivit sibi feudum, ut post hunc fi-
 llii ejus sui hæredes & post hos filiabus suis maneret feu-
 dum, non vero locus pateret præ his agnatis eorumque
 liberis collateralibus, sed in descendantibus talis obser-
 vatur investitura qualis in primo fuit acquirente, *Mar-
 purg. Consil. 26. n. 94.* Negotii hujus exemplum licebit
 proponere: Nonnunquam Reverendissimus aliquis E-
 piscopus Nobilibus quibusdam fortalitium & castrum
 aliquod cum omnibus pertinentiis in feudum conces-
 serat, cum hac clausulâ : Quod si ii deficient, hæredes
 eorum masculi, & his vitam cum morte commutanti-
 bus vel aliâs deficientibus, filia in feudo succedant, ita
 tamen ut masculorum existentia semper & ubique foe-
 minas excludat; Postea autem Frater ex pari Nobilium
 moritur, relicto filio, alter quoque pari propediem mor-
 talitatis incedit via dilectam post se relinquens nobi-
 lem. Prioris filius deinceps & beatiorum coelicolum eli-
 gens vitam, feudum aperit Consobrinæ; brevî Episcopo
 decedente, ejus denominatus, successor feudum sub
 qualitate & conditione feudi nunc proprii ad se pertra-
 hit,

hit, consobrina autem hæc nubens familiâ splendidissimâ æ nobili, viro rem hanc recenset, qui feudum tanquam foemineum uxorio nomine repetit atque renovationem ab Episcopo efflagitat. Hic Episcopus negat Nobili competere ullum jus ad hoc feudum, quod mulier ejus semel habeatur exclusâ; acris itaque inter hos exoritur controversia, tandem tamen eâ coram paribus curiæ ventilatâ, pro Nobili pronunciatum est. Immo tẽ perstat igitur mulieres semel remotas à feudi successione, nonnunquam ad eam denuò invitari, finitâ sc. masculorum propinquorum successione.

F I N I S.




Handwritten in blue ink:
K 5267

ULB Halle 3
006 793 118


Handwritten in pencil:
W 17







724

PRINCEPS LEGISLATOR,

Paratitlari Examinazione ex Tit.

*PANDECTARVM & CODICIS
DELINEATVS*

à
JOHANNNE SEGERO,
JURIUM CULTORE, RIG.
LIVONO.



765267

G I E S S Æ,
Typis JOSEPHI DIETERICI HAMPELII,
Universitatis Typogr.
M. DC. LXIX.



Prof. Grünwald?